Exercitium 12

1. Qu____ Rōmam it? Servus Rōmam it. Qu____ servus? Servus qu____ Rōmam it est Mēdus, servus improbus. Is servus Rōmam it.
2. C____ servus est Mēdus? Mēdus est servus Iūliī. Dominus c____ servus Rōmam it est Iūlius. Iūlius est dominus e____ servī.
3. Qu____ servum Iūlius vocat? Mēdus est servus qu____ Iūlius vocat. E____ servum vocat dominus.
4. C____ servō Iūlius nummum dat? Dāvus est servus c____ Iūlius nummum dat. E____ servō dominus nummum dat.
5. Ā qu____ servō amātur Lȳdia? Servus ā qu____ Lȳdia amātur est Mēdus. Ab e____ servō amātur Lȳdia.
6. Qu____ servī Iūlium vehunt? Servī qu____ Iūlium vehunt sunt Ursus et Dāvus. I____ servī Iūlium vehunt.
7. Qu____ servōrum Iūlius dominus est? Servī qu____ dominus est Iūlius sunt Mēdus, Dāvus, Ursus, Syrus, cēterī. Iūlius est dominus e____ servōrum.
8. Qu____ servōs vocat Iūlius? Servī qu____ Iūlius vocat sunt Dāvus et Syrus. E____ servōs vocat dominus.
9. Qu____ servīs Iūlius nummōs dat? Dāvus et Syrus sunt servī qu____ Iūlius nummōs dat. I____ servīs dominus nummōs dat.
10. Ā qu____ servīs Iūlius vehitur? Ursus et Dāvus sunt servī ā qu____ Iūlius vehitur. Ab i____ servīs dominus vehitur.

prōnōmina masculīnum:

nōm.	*quis/quī*	*quī*
acc.	*quem*	*quōs*
gen.	*cuius*	*quōrum*
dat.	*cui*	*quibus*
abl.	*quō*	*quibus*
nōm.	*is*	*iī*
acc.	*eum*	*eōs*
gen.	*eius*	*eōrum*
dat.	*eī*	*iīs*
abl.	*eō*	*iīs*

LIVEWORKSHEETS